

matrimonium trāsire. Quia cum matrimonio vinculum claudicare nequeat, eò ipso quòd dissoluitur ex parte fidelis, dissolutum manet ex parte vtriusq;: ac proinde nil est quòd valori matrimonij tunc per infidelē iniri obstat. Quādo autem matrimonium nōdū dissolutū est, quia fidelis nō trāsijt ad alias nuptias, vel religionē, iā diximus disp. 75. nu. 6. irritū fore matrimonium infidelis. Similiter iuxta sententiam asseretē non dissolui matrimonium per professionem, vel alias nuptias fidelis, quādo infidelis reuēns cōuertit, vult habitare absq; Dei contumelia, & pertrāsione ad peccatū, dicendū est non posse tunc infidelem validē alio matrimonio deuinici. Quia iuxta eam sententiā nequit in eo euentū fidelis dissoluere prius matrimonium: atq; ita ea retēta sententiā eius nuptiē fuerūt irritæ: (vt dixi disp. 74. nu. 8.) & quāuis profiteri valeat, ac eius professio non dissoluit tunc vinculum prioris matrimonij consummati. (vt dixi disput. præcedenti. nu. 10.) At retēta nostra sententiā asserenti posse dissolui prius matrimonium, quoties infidelis cōuertit reuēit, qualitercūq; habitare velit, per aliud matrimonium fidelis: (vt dixi disp. 74. nu. 9.) & per fidelis professionem: (vt dixi disput. præcedenti. nu. 10) dicendum est validē tunc infidelē trāsire ad alias nuptias. Si autē fidelis ad solos ordines sacros trāsierit, non poterit infidelis validē aliud contrahere matrimonium. Quia prius non dissoluitur. Vt dixi disput. præcedenti. n. 11.

2. Poterit tamen infidelis postea conuersus, quando fidelis ad ordines sacros trāsijt, ingredi religionem. Quod in nihilo priori matrimonio nōdū dissoluto præiudicat. Vt contingit quando celebrato diuortio ratione adulterij, vir innocens est sacris initiatus: (vt dicemus lib. 11. disp. 10. à nu. 6.) vbi etiam dicemus quando innocens castitatis votū emisit. Idem enim in hac questione dicendū est. Cum vtrōq; sit solum diuortium celebratum manente illo matrimonij vinculo.

3. Difficultas autem in eo versatur, an peccet infidelis trāsiens ad alias nuptias, vbi prius matrimonium nouis nuptijs, aut professione fidelis dissolutum est? Diuersæ sunt sententiæ. Prima indistinctē ait peccare infidelem contrahendo aliud matrimonium. Ducitur, quia in penam delicti infidelitatis interdicitur illi coniugium: quāuis non ex vi prioris matrimonij, quod iam penitus est dissolutum. Et si quæras,

quo pacto Ecclesia carens iurisdictione erga infideles, poterit illis hanc penam infligere? Respōdent Sotus, Bartholomæus à Ledesma, Vega statim referendi, ac Ludouicus Lopez. nu. sequenti allegandus, prohibitionem hanc non ab Ecclesia promanare, sed ab ipso iure naturali diuino, quod cōiugem infidelem ex matrimonij lege obligabat vt fidelem sequeretur. Secundo, quia infidelis ille nolens conuerti, non solum in ius diuinum omnes ad baptismum obligans delinquit, sed etiam cōtra matrimonij legem. (vt probauimus disput. 73. nu. 9.) Ergo cōtra eandem matrimonij legem peccat, si ad aliud transeat. Tertio, quia matrimonium prius tantum dissoluit quoad coniugem fidelem, qui relinquitur. Vt dicitur. c. quanto, de diuort. & c. finali 28. q. 2. Non ergo infidelis integrum erit, ad alias migrare nuptias. Et ita docent ex Theologis. D. Tho. 4. d. 39. q. vnica, art. 5. ad 3. Altiſidorensis lib. 4. summa, tractatu 9. c. 6. q. 1. vers. ad vltimū dicimus. Sotus. 4. d. 39. q. vnica, art. 4. col. 8. vers. cōtra hoc tamen. Angles floribus 1. p. vbi de mati. q. 12. art. 2. dubio 6. Bartholomæus de Ledesma dubio. 56. de matrim. post. 4. conclusionem. Vega 1. tomo summa. c. 13. casu 15. & 2. tomo. c. 3. casu 146. fine. Et ex Iuris peritis, Glossa. c. quāto. verb. qui relinquitur, de diuort. & ibi Innoc. nu. vnico, ad medium. Hostiensis. nu. 2. Antonius. nu. 9. Præpos. nu. 4. Goffredus summa tit. de diuort. nu. 9. Et explicat esse peccatum lethale, Sotus, Angles, Bartholomæus à Ledesma, Vega. Et D. Tho. expressē videtur sentire hoc verum esse, siue infidelis matrimonium illud ineat, ante conuersionem, siue post: ait enim post conuersionem dispensatiū concedi posse infideli, vt ad alias nuptias transeat.

4. Secunda sententiā ita distinguit. Si infidelis ante conuersionem aliud ineat matrimonium, peccat: secus si post conuersionem. Quia in penā peccati dimissionis cōiugis fidelis est ei interdicitum aliud cōiugium. Et cum ratione baptismi absoluat ut culpa, extinguitur quoq; pena illi correspondens. Sic sentiūt. D. Bonauentura 4. d. 39. art. 2. q. 2. Astenſis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 2. ar. 2. q. 12. Ioannes de Triburgo summa Confessorum, lib. 4. tit. 10. q. 8. Turrec. c. simili modo 28. q. 1. nu. vnico, in solutione ad 3. Ludouicus Lopez 2. p. instr. c. vbi d. matrim. c. 53. col. antepenultim. Et Ricard. 4. d. 39. artic. 2. q. 3. problematicē sustinet

hanc,

hanc, & quartā sententiā. nu. 6. referendam quare hanc censet esse probabilem. 5. Tertia sententiā sustinet infidelem pertinacē in infidelitate, si sit Principibus Christianis subiectus, peccare in eò aliud matrimonium: secus si illis subiectus non sit. Probat, quia infideli non subiecto Principibus Christianis, nulla lege seculari id matrimonium interdicitur, & Ecclesia eum ligare nequit: at subiecto Principibus Christianis interdicitur lege seculari, quā quāuis nullibi scripta reperitur, habetur tamē ex vsu vim legis obtinente: & hunc vsum probat ex tot Doctoribus id matrimonium prohiberi affirmantibus. Sic Petrus de Ledesma de matrim. q. 59. art. 4. dubio vnico, concl. 3. Sed hæc sententiā displicet. Quia Doctores hanc prohibitionem asserentes, de quibuscūq; infidelibus sermone faciant, nec vsu eam prohibitionem iudicatā esse dicunt, sed iure naturali, ex ipsa matrimonij lege. Vt dixi. nu. 3.

6. Quarta sententiā (cui prorsus adhaereo) ait licere infideli, dissoluto semel fidelis matrimonio, ad aliud trāsire. Ducor, quòd nullo iure interdicitur infideli hic transitus. Non enim humano Ecclesiastico, cum Ecclesia careat iurisdictione in infideles: ius vero seculari nullibi reperitur. Nec ius diuinum naturale id infidelibus prohibet. Quia etsi peccarit violans ius diuinum naturale legis prioris matrimonij, quā astringebatur sequi priorem cōiugem ad fidem conuersum: at priori illo matrimonio iam penitus dissoluto, nulla lex diuina naturalis prioris matrimonij, quod iam nihil est, superest, qua hic infidelis arceatur ab alio matrimonio. Nec aliud ius diuinum id vetans reperitur: nec id adducitur à patronis contrariæ sententiæ. Et confirmatur, quia mortuo coniuge ad fidem cōuerso, nullus negaret integrum esse infideli, ad aliud matrimonium migrare, non obstante peccato quod in legē prioris matrimonij admisit. Similiter ergo id licet, postquam fidelis

ad alias nuptias, aut professionem transit. Quia æque in his casibus dissoluitur matrimonium prius, ac cōiugis morte. Tandem quia non maior prohibitio cōcedenda est respectu infidelis, quā respectu fidelis eiusdem criminis rei cōtra matrimonij legem: cum grauius sit fidelis delictū. At si delis peccās in legem matrimonij, nolens absq; iusta causa coniugem sequi, sed ab eo prorsus recedens, dissoluto eo matrimonio per mortē, aut professionem alterius coniugis, potest ad aliud matrimonium trāsire. Cur ergo id negandum est infideli in similem matrimonij legem peccatū? Et ita sustinet Glossa. c. finali. verb. & in matrimonio 28. q. 2. Durandus. 4. d. 39. q. 2. nu. 27. Et ibi Mayronis. q. vnica. Guillelm. Borrillong. ibi. q. vnica. art. 3. difficultate 2. Abulenſis. 1. Regum 8. q. 127. Ledesma. 2. p. 4. q. 6. art. 5. ad finē. Veracruz 2. p. Speculi, art. 3. 4. concl. 2. Vguerius lib. Inſtitur. c. 16. §. 7. vers. 9. impedimento 10. Quādus 4. d. 39. disput. vnica, propositione 2. & ibi Celaia, q. vnica, in fine. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 8. nu. 5. fine. Et hoc explicat esse verum, quāuis infidelis minimē ad fidem conuertatur. Durandus, Abulenſis, Celaia, Enriquez: & est verissimum. Vt rationes adductæ probant.

7. Ad argumenta. nu. 3. proposita respondetur. Ad 1. constat ex dictis, nu. præcedenti, vbi probauimus nulli talem penam infligi. Ad 2. dic cum Glossa eodem. c. finali. verb. & in matrimonio; illum peccare in matrimonio prioris fractione, at non contrahendo secundum. (vt. nu. præcedenti explicui.) Ad 3. dic dissolui quo ad vtrūq; quando verē dirimitur illud matrimonium: eò quòd claudicare nequeat quoad vinculum. Quare dū illi textus aūt dissolui quoad fidelem, qui relinquitur, intelligitur ius dissolui per aliud matrimonium, aut professionē, soli fidelis cōpetere: (vt explicuius disp. 75. nu. 6. & 7.) at semel per fidelē dissoluto, quilibet liber est ad aliud inuēndū.

## DE IMPEDIMENTO CRIMINIS. DISP. SEPTVAGESIMA OCTAVA.

Vtrum crimen machinationis mortis alterius cōiugis dirimat matrimonium?

### SVMMARIVM.

**A**n adulterium solum dirimat: ac quotuplex sit crimen dirimens? Et enodantur. c. 1. de eo qui duxit: & c. 1. illud 31. q. 1. nu. 1.

Machinatio mortis coniugis cum adulterio dirimit matrimonium. siue alter coniux eam machinetur, siue altera. licet non interueniat promissio matrimonij. nu. 2.



Quid si aliter sit infidelis, & ad eius conversionem procurandam, intentatum est id matrimonium, media coniugis occasione num. 3.

Quid si infidelis uxorem suam enecat, ut cum adultera contrahat? num. 4.

An satis sit nuptiarum, vel consilium coniugis interficiendi? num. 5.

Quid de rati habitatione occisionis coniugis suo nomine facta? num. 6.

An desideretur mortem coniugis subsequi, nec sufficiat contentus? num. 7.

An incuratur hoc impedimentum, siue vir uxorem enecat, siue e contra? num. 8.

An desideretur adulterium cum mortis machinatione? num. 9. & ibi, an desideretur, ut copula, & semine sit consummatum?

Quid, si adulterium subsequatur machinationem, at precedat mortem? num. 10.

Quid, si absque adulterio ad sit occisio coniugis, siue data de matrimonio? num. 11.

An adulterium debeat esse utriusque contrahentium? num. 12.

An desideretur occisionem coniugis vestiri sine incurandi matrimonio? num. 13.

Quid, si solus alter ex machinantibus mortem, id intendat? num. 14.

Quid, si coniugatus dicat adultera, nisi coniugatus esset, te ducerem, & postea uxorem occidat, non animo ducende adultera? num. 15.

Quid, si vir & adultera uxorem necent, ut liberius libidini vacent? num. 16.

Quid, si coniux mortem coniugis machinetur, animo contrahendi cum adulteranti, nec mors subsequatur? Et adulterans casu illum occidat, non communi consilio, nec animo matrimonij inveniendi? num. 17.

Quid, si animo ducendi feminam incertam, vel vnum ex pluribus, coniux interficiatur? num. 18.

An probata coniugis interfecione cum adulterio, prasumat in foro externo animo matrimonij effectam fuisse, & in illo reputetur impedimentum? num. 19.

Quid, si matrimonium non sit verum, aut non sit consummatum? num. 20.

An hoc impedimentum reddat personas inhabiles solum ad inter se contrahendum: an potius ad quodvis alium matrimonium? num. 21.

An hoc impedimentum sit solo iure Ecclesiastico inducendum? num. 22.

Proponuntur summam omnes conditiones contentae in hac disputatione, quae necessariae sunt ad hoc impedimentum. num. 23.

**D**vo sunt crimina, quae matrimonium subsequens dirimunt, ad quae reducunt tria, quae D. Th. 4. d. 35. in fine in expositione literae, & communiter

DD. referunt. Prius est adulterium cum machinatione mortis alterius coniugis. Posterius vero, adulterium cum fide data de contrahendo post coniugis mortem: vel cum contra matrimonij de presenti cum adultera. Quare adulterium solum non obstat matrimonio contrahendo: ut expressè deciditur. c. significasti, de eo, qui duxit, & c. si quis viuet. 3. 1. q. 1. Unde c. 1. de sumptu ex Leone Pófir. & c. illud vero, de sumptu ex concilio apud Althæu. c. 6. 3. 1. q. 1. in quibus statuit nulli licere ducere in uxore eam quam prius per adulterium polluit, intelligitur, quando cum adulterio cõcurrit duplex crimen pñditi: alius enim licitè est matrimonium cum illa: ut pbat text. pñditi: & docet D. Aug. lib. 1. de nuptijs. c. 10. relator. c. 2. 3. q. 1. Nec obstat huic veritati. c. 1. de eo, qui duxit, ibi. Licet autem in canonicis habeatur, ut nulli copuletur matrimonio quã prius polluerat adulterio: & illam maxime, cui pñditi dederat uxore sua viuetem. Ergo id est, quãuis fides minime data sit. Sed dicendum est, quod ditione illa, maxime, accipi pro, tãtum, & ita explicant ibi Abb. n. 3. Alex. de Neoo. nu. 6. Prapof. nu. 2. Alium intellectum tradit ibi Abbas: qui mihi non placet: atque illum reprobat Alexand. de Neoo. nu. 6. Ratio autem huius duplicis impedimenti est, ut caueatur spe contrahendi matrimonij machinatio mortis alterius coniugis. Quae in istissima ratio est: nil enim atrocius in coniugio reperiri potest, quam infidelis parari, vel dari ansam paradì vitæ alterius coniugis. Cui vterque coniux arctissimo, ac summo amicitiae vinculo de vinciri debeat. Hinc patet stulticia impugnationis Lutheri, & Philippi Melancthonis, Ecclesiam carpentium, quod hæc duo impedimenta induxerit, nulla iusta ratione ducta: quin potius contra exemplum sanctissimi Davidis, qui Berobee Viriæ uxore duxit, eam eius virum interfecit iusserit. Carteram ineptissima est impugnatione. Quia iustissima ratione ductam esse Ecclesiam probauimus. Nec Davidis exemplum obstat: non enim tunc erat hoc impedimentum ab Ecclesia statutum. In præsentem ergo disputatione sermo erit de impedimento prioris criminis: & in sequenti, de impedimento posterioris.

Prius ergo erimè quod impedit, ac dirimit matrimonium subsequens, est, quando cum adulterio interuenit machinatio mortis alterius coniugis. Quod constat ex c. super hoc, de eo qui duxit in mat. ibi. Si adultera est aliquid in morte uxoris machinata, siue fide dedit, siue non, quae defuncta hanc esse dicitur, secundum

canones ab eius consortio prohibetur. Et idem habetur. c. 1. & c. significasti, eod. tit. & c. 1. de cõuer. infid. & c. si quis viuet. 3. 1. q. 1. quod est desumptum ex concilio Triburien. Vnde siue adulter, siue adultera, siue vir ipse uxoris mortem machinetur, nequit inter coniugem superstitem, & adulteratè cõsistere matrimonium. Ut expressè habet. c. 1. & c. super hoc, de eo, qui duxit in mat. Nec desinit de rat etia ad hoc impedimentum incurredum, ut ad huc pmissio futuri matrimonij. Ut expressè etia decidit. d. c. super hoc. Et fatè vnuerfi.

Nec excusat quò minus in hoc impedimentum incidatur, si alter ex machinantibus quocumque uis mortem, infidelis existat, ac fidelis eam intratit, ut coniugis morte sequuta, alliciat infidelem spe in eam cum ipso coniugij, ut ad fidem reducat. Ut deciditur. c. 1. de conu. infid. ubi ea ratio redditur, quod tale dampnum ex loco Ecclesia cõpensare nolit. Atque ita docent. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 5. in 1. crimine dirimenti. Syluest. verb. matrimonij. 8. q. 9. d. 1. Nauar. summ. c. 22. n. 46. Ant. Cucus lib. 5. Instit. maior. tit. 12. nu. 87. Toledo lib. 7. summ. c. 6. n. 2. Philiaricus de officio Sacerdot. tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 5. impedim. 4. Multum aut negotij facessit Doctoribus. c. 1. de conu. infid. in explicando qualiter potuerit Ecclesia infidelibus hoc impedimentum incidere, in pena delicti repositi infidelitatis admissi: & qualiter ea pena non exinguat per baptismum, qui omnino pñditi delicta abolet. Et quidè dupliciter satisfaciunt huic difficultati. Primo dicitur id impedimentum cõmune esse infidelis, & fidelis mortem coniugis machinatibus, quare & si cesset per baptismum, ex parte infidelis, manet ex parte fidelis. Secundo dicunt delicti per baptismum peccata, ac ipsorum pñas, non tñ impedimenta. Sic Host. eo. c. 1. n. 2. Ioã. Andree. n. 3. Anton. n. 2. Anchar. n. 7. Card. in princip. n. vnicò, oppositiones. Verum neutra solutio difficultate exhaurit: nõ enim explicat qualiter Ecclesia pñas hanc infidelibus à sua infiditate excepit statuere potuerit: & supponit illis statutam esse: & solum declarat qualiter per baptismum extinguitur nõ sit. Et idè respondeo, infideli eam pñam indicatam nõ esse, nec indici potuisse ab Ecclesia, sed soli fideli, ut perpetuo nequeat eum illo in fideli quãtuncq; ad fidem conuersio matrimonium contrahere. Sicut hodie ex Ecclesia præscripto irritum est matrimonium fidelis cum infideli, nõ ob impedimentum infidelis, sed quod fidelis eo impedimento Ecclesiastico afficiatur. Et ita decla-

rat Enriquez lib. 12. de mat. c. 14. nu. 2.

Hinc deducitur minime audiendum esse Palacios. 4. d. 39. disp. vnica, col. 24. fo. 79 r. vers. obferua tñ, ubi ait infideli, qui uxore interfecit animò ducendi adultera, esse inhabilem post baptismum ad eam ducendam: per c. 1. de conuer. infid. Sed id nõ credo, nec ille textus id cõprobat. Quia ibi est sermo de infideli, qui ex fidelis consilio eõiugem interemit: quare cum fidelis reus fuerit illius mortis, iure optimo pñat ab Ecclesia, ne illud matrimonium iniire valeat, cuius in eõi causa homicidij suo cõsilio perpetratè est. At in nostro casu nullus est fidelis quæ pñas Ecclesiastica cõprehendere possit. Quoniam adultera illa fidelis nõ est homicidij obnoxia, nec pñas hæc ob adultera abscq; illo imposita est. v. n. 1. pbatum.

Satis autè est quò impedimentum hoc dirimens potest Ecclesia cõpensare nolit. Quoniam mortem cooperari. Constat ex c. 1. de conu. infid. ubi vxor fidelis nõ interfecit virum, sed in fidelis uxoris machinatione, & in fidis, illi occidit: & tñ statuitur ibi id esse impedimentum dirimens. Et c. 1. & c. significasti, de eo, qui duxit in mat. Solum pñderat coniugis mortis machinatio, quæ nõ perit proprijs manibus mortem inferri, sed qualicunq; cooperatione. Et ita docent ex Iurisperit. Alberic. in suo dictionario, lit. A. verb. adulter. vers. nasci de adulterio: & lit. I. verb. impedim. 8. vers. crimina verò: Ioã. de Triburg. summa confesso. lib. 4. tit. 9. q. 2. Astenis. 2. p. summ. lib. 8. tit. 20. art. 2. in princip. Monald. sum. ubi de mat. tit. de impedimto criminis, col. 3. Rosella verb. impedimentum, impedim. 8. num. 6. & ibi Supplem. Pisanæ impedim. 8. nu. 7. Tabiena impedim. 7. n. 2. q. 1. Angel. verb. matrimonij. im. pedim. 9. nu. 6. Syluest. verb. matrimonium. 8. q. 5. d. 3. Turrecr. cap. si quis viuet. 3. 1. q. 1. nu. 5. Nauar. summ. c. 22. nu. 46. Gaeta repetit. c. ad limina. 30. q. 1. 8. 4. q. 163. nu. 415. Martenz. 0. lib. 5. Re cop. tit. 1. rubrica, Gloss. 1. n. 17. 8. Mozzius de contra. tit. qui matrimonium possunt contrahere. n. 25. Vgolpinus de Sacram. ubi de mat. c. 19. n. 9. Et ex Theologis. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 5. in 1. crimine. Veracr. 1. p. Speculi, art. 33. concl. 2. Palacios. 4. d. 35. disp. vnica, col. 24. vers. at forsan, fol. 79 r. Emman. Sa summ. verb. matrimonium, ubi de impedimentis dirimentibus. n. 7. Vias. d. candel. Sacram. 1. p. ubi de mat. nu. 212. concl. 2. Vega. 2. tom. summ. c. 34. casu 74. notabili 4. vide dicenda. num. 7.



6 Sed dubitabis, an sufficiat ratihabitio occisionis coniugis facta, vna cum adulterio? Pars enim affirmans inde suaderi videtur, quod ratihabitio retrorahatur, & mandato coparetur etiam in delictis, & etiam quoad excommunicationis sententiam incurendam. cap. cum dicit, de sententia ex com. in 6. Verum dicendum est, minimè sufficere eam ratihabitioem. Quia ratihabitio ex sola fictione iuris trahitur retro, & mandato equiparatur, at vt fictio loci habeat, exigitur duo extre ma esse habilia ad illud actum exercendum. Vt quida nomine infans hominè occidit, infans maior factus rata occisione habet, nequit ratihabitio illa retrorahi: quia infans nequit tunc mandare. Similiter concessio termino ad aliquod agendum, amicus nomine alterius fecit, ratihabitio termino non potest ratihabitio alterius: Quia post terminum non poterat verè efficere: ac proinde nec fidei bonorum. ff. rem ratam hab. Ad rem ergo, petunt textus ad hoc impedimentum, machinationem ad coniugium necem inferendam: & cum ea illata in reuerentem machinatio nequeat, ratihabitio illa non potest retrorahi. Et ita hanc partem sustinent ex Iurisperitis, Glossa. c. si quis viuere. verb. occidisse. 31. q. 1. Et c. 1. in fin. de conuers. infid. & ibi Host. nu. fin. Io. Andr. fin. Anton. fin. Abbas fin. Ancharr. fin. Cardinalis fin. idem Anton. c. super hoc. nam. 2. de eo, qui duxit in matrim. Et ibi Prapof. n. 2. Alex. de Neuo in fin. Do minicus. c. cum quis, in fine, de feat. ex com. in 6. Albericus, Ioann. de Triburgo, Astenis, Monald. Rosella, Supplementum Pisanæ, Angelus nu. 7. Syluest. Ta bierna, Nauar. Gaeta, Matienzo, Mozzius. Vgolinus n. præced. allegati. Armilla. verb. ratihabitio. nu. 5. Maiolus lib. 5. de irregul. c. 48. in princ. num. 5. Et ex Theologis, Scotus. 4. d. 35. q. vnica, col. penult. Et ibi Guillel. Borrillong. q. vnica, ar. 2. post 3. conclusionem, dub. 3. Veracrus 1. p. Speculi, ar. 33. concl. 3. Enriquez lib. 12. de matr. c. 14. nu. 2. in commento, litera Q. D. Anton. Palacios, Emmanuel Sa. Vega. n. præced. relati. Atque hoc verum est, quous nomine ratum habentis occisio facta fuerit. Id enim ratio adducta probat. Et ita docent Io. Andr. Anton. Abb. Ancharr. Cardin. Prapof. Alexand. de Neuo, Syluest. Nauar. Vgolinus, Vega iisdem locis.

7 Desiderantur autem aliquot conditiones, vt hoc impedimentum loci habeat. Prima est, vt machinatio illa effectum sortiatur: si enim coniux mortem coniugis machinetur,

nec ea subeatur, locus non erit huic impedimento, sed poterunt adulter & coniux superstes altero defuncto matrimonium inire. Quia. c. si quis viuente. 31. q. 1. vbi hoc impedimentum statuitur, manifestè petitur actus consummatus, ibi, *Occidisse notetur*. Et quisvis alij textus, vt. c. super hoc, & c. 1. & c. significasti, de eo, qui duxit, de sola machinatione mortis coniugis mentionem faciant. At verba cum effectum sunt accipienda. c. relati, de cleric. non resid. Et ita docent vniuersi Theologi cum D. Tho. 4. d. 35. q. vnica, in fi. in expositione literæ Magistri. Et vniuersi Iurisperiti cum Glossa fin. c. 1. de conuers. infid. & c. super hoc. verb. machinata. & c. fin. in fin. de eo, qui duxit, & Hostien. eo. c. super hoc. nu. vnico, paulò post princip. & ibi Io. Andr. n. 6. Anton. num. 2. A. bb. n. 4. Alex. de Neuo. n. 4. Prapof. n. 1. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 9. dist. 1. Et omnes alij: & neminem reperi de hoc dubitantè. Quous Glossa. d. c. super hoc. verb. machinata, refert quosdam dixisse sufficere conatum. Vnde tradita nu. 7. nepè, sufficere mandatum, vel consilium de coniuge occidendo, intelligenda sunt, quando id mandatum, vel consilium cooperata sunt aliquid ad mortem: si enim nullus effectus ad illam fuerint, eo quo interficiens erat iam omnino ad eam inferendam determinatus, nec consilium amosior factus est: vel fuit consilium, aut mandatum ita reuocatum, vt nullus prorsus effectum haberet, ita vt excuset a restitutione, & irregularitate mandatem, vel consulentem, iuxta ea quæ Doctores in tractatibus de restitutione, & irregularitate tradunt de mandante, vel consulente, non erit locus huic impedimento. Cum petat effectum mortis subsecuti actione coniugis, vel adulteri.

8 Secunda conditio est, vt occisio sit vxoris: si enim vxor virum interficiat ad contrahendum cum adultero, nullum incurritur impedimentum, quin possit inter eos matrimonium consistere. Quippè textus hoc impedimentum decernentes loquuntur de vxoris interfecione: vt cap. 1. c. super hoc, & cap. significasti, de eo, qui dux. nec eam decisionem posse extendi ad viri occisionem, eò quòd non sit tam frequens, defendimus disput. 16. nu. 6. dicentes vxoricidium esse impedimentum impediens matrimonium, non tamen viricidium. Et ita in proprijs terminis docent Victoria summa, vbi de matrim. nu. 292. Ledesma. 2. p. 4. q. 62. ar. 3. post 3. propositionem. Cañedo summa Sacram. vbi de matrim. c. 5. ad fin. in comento

nu. 38. Et dicit esse probabile Enriqz lib. 12. de matr. c. 14. nu. 2. in commento, lit. V. Sed nullatenus hæc conditio placet sed mihi certum est, incurri hoc impedimentum dirimens, siue vir interficiat vxorem, siue vxor virum, ad contrahendum cum adulate rati. Quamuis non idem censuerim de interfecione viri facta ab vxore, alia causa quam contrahendi matrimonij, tunc enim non est impedimentum impediens: quous tale sit vxoricidium. (vt defendimus disp. 16. nu. 6. Quòd in hoc euentu textus solùm loquantur de vxoricidio, non autè de viricidio. At in illo loquuntur etiam de viricidio. vt ex cap. si quis viuente. 31. q. 1. constat: vbi est casus, Quidam cum coniugata adulterium admisit, & postea vir illius coniugata obiit: & deciditur posse adulterum vxorem illam ducere: & additur hæc limitatio, *Nisi forte adulter, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidisse notetur*. Et cap. 1. de conuers. infid. vbi idem impedimentum dirimens statuitur, sermo est de vxore, quæ medio infidelis cuiusdam ministerio virum interfecit. Nil ergo refert ad hoc impedimentum dirimens incurrendum, siue vir vxorem, siue vxor virum perimat gratia mi grand ad alterum matrimonium. Et ita docent ex Theologis, Palud 4. d. 3. q. 1. ar. 3. nu. 17. & dist. 37. q. 2. ar. 2. nu. 8. Supplementum Gabriel. 4. d. 35. q. vnica, ar. 1. ad finem, vbi Maioris. q. 2. col. 2. casu 2. Scotus 4. dist. 37. q. vnica, ar. 4. col. 3. Veracr. 1. p. Speculi, ar. 33. concl. 6. Palacios 4. dist. 35. disput. vnica, col. 22. vers. a vero filia; fo. 790. Pedraza summa, præcepto. 6. vers. 14. Bellarminus lib. 1. de matrim. c. 22. casu 1. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 14. num. 2. Emmanuel Sa. summa. verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus. nu. 7. Vivaldus cadelabro Sacram. 1. p. vbi de matrim. nu. 212. concl. 3. Bartholom. à Ledesma dubio 58. de matrim. c. 63. Ludouicus Lopez 2. p. in stru. vbi de matr. c. 54. col. 3. Vega 2. tomo summa. c. 34. casu 74. notabili 3. Manuel 1. tomo summa. 2. editione. c. 229. nu. 5. Grassis 1. p. decisionum, lib. 2. c. 85. nu. 6. Et ex Iurisperitis, Gloss. finalis. c. finali, de eo, qui duxit. Goffred. summa, eodem tit. nu. 1. Abbas. c. 1. nu. 3. eod. tit. Alexand. de Neuo. c. significasti. num. 5. eodem tit. Ioann. de Triburgo in sum. cōfessorum, lib. 4. tit. 9. q. 2. Astenis 2. p. summa, lib. 8. tit. 20. ar. 2. statim in principio, Monaldus summa, vbi de matr. vbi de impedimento criminis, col. 1. Rebuffus praxi

beneficiorum, regula de dispensatione in gradibus prohibitis, Glossa 5. nu. 27. Supplementum Pisanæ. verb. impedimentum, impedimento 8. nu. 2. Et ibi Rosella impedimento 8. nu. 1. Tabiena impedimento 7. nu. 1. q. 2. Syluest. verb. matrimonium. 7. q. 6. dist. 1. & matrimonium. 8. q. 9. dist. 1. Armilla. verb. matrimonium. nu. 58. Lex regia finalis. tit. 2. p. 4. & ibi Montaluis sine. Anton. Cucus lib. 5. Institut. maiorum. tit. 12. nu. 76. Matienzo lib. 5. Recopil. tit. 1. rubrica, Gloss. 1. nu. 179. Maiolus lib. 3. de irreg. c. 25. num. 17. vers. idem quoque; erit. Gaeta repetitione. c. ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 160. nu. 41. Vgolinus de Sacram. vbi de matrim. c. 19. nu. 9. Idem ferè expressè sentiunt alij Theologi, & Iurisperiti, qui indistinctè tradunt hoc impedimentum incurri, quoties alter coniux alterius coniugis mortem machinatur. Hi sunt, Caiet. summ. verb. matrimonium. c. 1. impedimento 5. Petr. Soro lectione 9. de matrim. in impedimento criminis, casu 2. Nauar. summ. c. 22. num. 46. Toledo lib. 7. summ. c. 6. nu. 2. Ouad. 4. d. 35. q. vnica, ad fin. in casu 3. & 4. Valencia 4. p. dist. 10. q. 5. puncto 3. vbi de impedimento criminis. Philarcus de officio Sacerdotis, tomo 1. p. 2. lib. 2. c. 5. impedimento 4. Petrus de Ledesma de matrim. q. 60. ar. 2. circa 4. conclusionem, cap. 1.

9 Tertia conditio est, vt eum mortis machinatione interueniat adulterium, quando solus alter coniux alterius coniugis mortem machinatur: secus quando coniux, & alter cum quo matrimonium in eundem act. machinantur alterius coniugis mortem. Hæc conditio non admittitur ab omnibus. Quibusdam enim placet in neutro casu adulterium desiderari, sed satis esse coniugem interficere animo contrahendi matrimonij cum alio. Quòd & si canones hoc impedimentum statuentes loquantur ferè semper de adulterio, at nullibi adulterium postulat: & c. 1. de conuers. infidel. nullam de adulterio mentionem facit. Deinde, quia cum ratio huius impedimenti sit, ne ob matrimonij spem detur ansa coniugis interfecidi, rationi consonat, ex sola coniugis interfecione absque adulterio, impedimentum hoc confurgere. Ita docent Innoc. c. super hoc. nu. vnico, in fi. de eo, qui duxit. Hostiensis relato Hugone summa, eodem tit. nu. 3. & cap. super hoc nu. vnico, ad med. & cap. fi. nu. 2. & 3. eod. tit. & c. 1. num. 4. & 5. de conu. infidel. Anton. d. c. super hoc. nu. 2. & d. c. fin. nu. 4. in fin. Et ibi Enricus num. 7. Albericus



in suo dictionario, litera I. verb. impedimentum. 8. vers. crimina verò. Aftenfis. 2. p. summae. lib. 8. tit. 30. art. 2. in principio. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 5. in crimine. Supplementum Pisanæ. verb. impedimentum, impedimento 8. nu. 2. Veracruz 1. p. Speculari. art. 3. conclus. 4. & 6. fine. Philarcus de officio Sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 5. impedimento 4. Alij verò in alio sunt extremo, perunt enim semper adulterium, vt huic impedimento locus sit. Sic Monaldus summa, tractatu de matrim. vbi de impedimento criminis, col. 3. Ioannes de Triburgo in summa confessorum, lib. 4. tit. 9. q. 2. & dicit esse probabile Bassolis 4. d. 34. q. vnicia, art. 2. vers. ex prædictis patet. At media via eligenda est, vt si vterq; copulari matrimonio volens, cooperatus sit ad mortem alteri coniugi inferendam; vt cum superflite contrahat, minime desideret adulterium; secus si alter absq; alterius consilio coniugem enecet. Constat prior pars ex c. 1. de conuers. infid. vbi quidam Sarraceni suggestione vxorum, fidelium viros earum peremerunt, nec de adulterio cum illis admisso mentio aliqua fit; & tamē ijs Sarracenis postmodum baptizatis interdicitur matrimonium cum illis mulieribus; & ab eo inito iubentur separari. Et quāuis textus loquatur de vxore fidelis viri medio Sarraceno vita priuati, at (vt egregie animaduertit ibi Abb. 41) nō constituitur vis in eo quoddam interficiēs Sarracenus sit, sed idem est, quamuis ille Christianus esset, sed dubitatum potius fuit de infidelibus, propter lucrum conuersionis gratia illius matrimonij in eūdi subsequutum. Posterior etiam pars constat, quia vbi solius alterius machinatio interuenit, textus de adulterio admixto loquuntur, de eo stat ex c. 1. super hoc. Significasti, de eo qui duxit. & c. si quis viuenti. 31. q. 1. Et cum sit res pœnalis, ac matrimonij cassans extendi minimè debet, sed valde restringi. Et idē huius sententię sunt, ex Theologis, Palud. 4. d. 34. q. 1. art. 3. nu. 17. Maioris 4. d. 35. q. 2. columna 2. casu. 2. & ibi Supplementum Gabrielis q. vnica, art. 2. ad finē. Caiet. summa. verb. matrimonium. c. 1. impedimento 5. Bassolis. 4. d. 34. q. vnica. art. 2. vers. tertio dico. Nicolaus de Orbellis. 4. d. 35. q. vnica ad finem. Nicolaus de Niffa super. 4. sententiarum, tract. 6. p. 3. de matrim. q. 6. conclus. 4. Sotus 4. d. 37. q. vnica, art. 4. columna penultima. Petrus de Soto lectio. 9. de matrim. vbi de impedimento criminis, casu. 2. Palaciosi 4. d. 35. disput.

vnica, colum. 23. vers. respōdebis, fol. 790. Ouādus ibi, disput. vnica, ad finem, in casu 4. Angles floribus. 1. p. vbi de mat. q. 9. art. 3. in principio. conc. 2. Pedraza summa, præcepto 6. vers. 1. 4. Bellarminus lib. 1. de matrim. c. 22. columna 2. vers. crimen autē homicidij. Pedrus Ledefma de matrim. q. 60. art. 2. col. vltima, in fine secundi casus. Toledo lib. 7. summa. c. 6. nu. 3. Enriquel lib. 12. de matrim. c. 14. nu. 2. Emmanuel Sa summa verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus. nu. 7. Valentia 4. p. disput. 10. q. 5. puncto. 3. vbi de impedimento criminis. Philarcus de officio Sacerdotis, to. 1. p. 2. lib. 2. c. 5. impedimento. 4. Bartholomæus à Ledefma de matrim. dubio. 78. conclus. 3. Ludouicus Lopez 2. p. instructio. 7. vbi de matrim. cap. 54. col. 3. Grassis 1. p. decisionum, lib. 2. c. 85. nu. 6. Vega 2. tomo summa. c. 34. casu 74. notabil 1. Viualdus candelabro Sacram. 1. p. vbi de matrim. nu. 212. conclus. 3. Cañedo summa Sacram. vbi de matrim. c. 5. ad finem. Et ex Iurisperitis, Goffred. summa. tit. de eo qui duxit. nu. 2. Ioannes Andr. c. 1. nu. 2. de conuers. infidel. & c. super hoc, in fine, de eo qui duxit. Anton. d. c. 1. nu. 2. & ibi Abbas. nu. 8. idē Abbas. c. 1. nu. 3. & c. super hoc, in fine, de eo qui duxit. Anchar. c. 1. nu. 7. de conuers. infidel. Cardin. c. 1. in fine, & c. super hoc. in fine, de eo qui duxit. Alexander de Neuo. c. 1. nu. 9. & c. significasti. nu. 5. & c. super hoc. nu. 4. de eo qui duxit. Prapof. c. super hoc. nu. 2. & c. finali. nu. 2. eodem. tit. Angelus. verb. matrimonium 3. impedimento 9. nu. 5. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 9. dicto. 1. Rosella. verb. impedimentum. impedimento. 8. nu. 1. & ibi Taberna impedimento. 7. q. 1. nu. 2. Armilla verb. matrimonium. nu. 30. & 31. Brunellus de spō sal. concl. 34. nu. 6. Nauar. summa. c. 22. nu. 46. Motaluus. I. finali, in fine. tit. 2. p. 4. & ibi Gregor. Lopez. verb. qualiter. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 162. nu. 414. Antonius Cucus lib. 3. institutio. nu. maiorū. tit. 12. nu. 76. & 77. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica, glossa. 1. n. 179. Vgolinus de Sacram. vbi de matrim. c. 19. nu. 9. Lancelotus Instituta iuris canonici, lib. 2. tit. de diuort. §. cum ea autem. verb. machinati. Huius etiā sententię aperte videntur quidā alij Theologi, qui tunc suboriri hoc impedimentū censent, quādo quispiā vxorem propriam interficit, vt adulteram ducat: vel si quis rem habeat cum coniugata, & vt illius matrimonio fruatur, virū

stus interimit. Ecce qualiter machinatio vnus semper coniungunt cū adulterio. Hinc dicit Thom. 4. dist. 35. q. vnica, in fine. ad expositionem literæ Magiltri: & d. 37. q. 2. art. 2. corpore, & ibi D. Bonauent. art. 2. q. 2. Durand. quest. 2. num. 6. Ricard. art. 2. q. 1. Victoria summa, vbi de matrim. nu. 292. Ledefma. 2. par. 4. quest. 62. art. 2. in 3. præpositio. An autem exigatur adulterium copula consummatum, dicam disput. sequenti. num. 2. fine.

At satis est adulterium alterius subsequens machinationem, dumtamen ante mortem coniugis contingat adulterium. Vt si vir venenum propinet vxori, vt feminam quandam ducat vxore interfecit, cum qua nondum adulteratus est, ac cum ea adulteratur, nondum vxore defuncta. Quia verificatur intercedere adulterium cum interfectione coniugis; secus si defuncta vxore, copula accidisset. Quod ea non sit adulterium; & sic desideret adulterium. Sic Monaldus summa, tractatu de matrim. vbi de impedimento criminis, col. 2. & dicam in simili, in disput. sequenti.

Temperant aliqui tertiam conditionem propositam, nimirum, requiri adulterium; nisi interueniat fidei datio de futuro matrimonio inuendo: tunc enim sufficit ad hoc impedimentum incurrendum machinatio alterius in mortem coniugis, ea subsequata, quāuis adulterium desit. Ita D. Bonauent. 4. dist. 37. art. 2. quest. 2. Cardinalis cap. 1. in fine, de eo qui duxit. Prapof. in rubrica illius, tit. num. vnica. Guillelmus Borrillō 4. dist. 35. quest. vnica, art. 2. conclus. 3. Ceterum displicet hæc limitatio; & ita reliqui Doctores. nu. 9. allegati petunt adulterium absolute, & abiq; hac limitatione; & id etiā exiunt textus, quos ibi retuli: nec est textus aliquis, qui sola fidei datione, cum machinatione alterius contentus sit, ad hoc impedimentum contrahendum.

Quarta conditio est, vt adulterium illud quo altero solo coniugis morte machinanti requiritur, sit vtriusq; matrimonij contrauro notum. Quare si vir coniugatus cum femina coniugata adulteretur, & vt illam ducat, vxorem propriam occidat, nullum erit impedimentum dirimens inter illos. Quia adulterium illud fuit à femina ignoratum. Et ita tenet Emmanuel Sa summa, verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus. nu. 7. Et dicam in simili, in disput. sequenti, vbi scientiam vtriusq; desiderari probabo, & explicabo qualis de

beat esse ignorantia. Imò idem existimo, quamuis femina illa ignorans alterius coniugium, esset coniugata; adulterium enim cum illa, solo adulterio machinante mortē propria vxoris, non cassaret matrimonium cum adultera illa, soluto vtriusq; coniugio. Quia adulterium, resolutū coniugis interfecti est, quod vnā cum mortis ipsius machinatione dirimit matrimonium: at respectu coniugis interfecti nullum adulterium admittit femina illa, vt potē coniugij illius ignara. Et ita textus nu. 9. allegati, de adulterio respectu coniugis perempti loquuntur.

Quinta conditio est, vt illa coniugis interfectio vestiat sine inuendi alterius matrimonium; quando enim alius finis adest, nō est impedimentum dirimens. (An verò sit impediens, diximus tota disput. 16.) Hæc conditio displicet aliquibus, eō quod in iure minimè reperitur. Atque ita illam desiderari negant; Caiet. summa. verb. matrimonium. c. 1. impedimento 5. Sotus 4. d. 35. quest. vnica, col. antepenult. Petrus Soto lectio. 9. de matrim. in impedimento criminis, casu 2. Armilla. verb. matrimonium. num. 30. Angles floribus. 1. p. vbi de matrimo. q. 9. art. 3. dubio 1. conclus. 1. Ouādus 4. dist. 35. disput. vnica, fin. Pedraza summa, præcepto 6. vers. 1. 4. Et ex Iurisperitis, Alexander de Neuo. c. significasti. num. 5. & cap. super hoc. num. 5. de eo qui duxit. Prapof. eo. cap. super hoc, in fine. At eam admittendam esse verius est. Tum, quia & si non reperitur expressa in textu, colligitur tamen ex eius verbis; cap. si quis viuente. 3. 1. q. 1. ibi, *Occidisse notius*. Verbum enim notetur, denotat malitiosam procuracionem mortis coniugis, ac notā, infamiaq; dignam, qualis est, quando eō dirigitur, vt matrimonium cū adultera inueatur. Tum etiam, quia ex fine huius impedimenti colligitur. Ratio enim; & si nō iudicacionis huius impedimenti fuit, ne coniugis cōiugem vitam orbaret, vt eo matrimonio soluto, ad aliud migraret, cum persona, quā deamat. Quare ratio nunquam habet locum, quōties coniugis interfectio nō eō tendit, vt aliud matrimonium cum ea persona inueatur. Atque proinde iura inducentia hoc impedimentum, minimè ad hunc casum extenduntur. Atque idē hanc partem sustinent, ex Theologis D. Thom. 4. dist. 37. q. 2. art. 2. corpore, & ibi D. Bonauent. art. 2. quest. 2. Durand. quest. 2. nu. 6. Ricardus art. 2. q. 2. & dist. 3. art. 3. q. 3. Palud. 4. dist. 34. q. 1. art. 3. nu. 17. & d. 37. quest. 2. art. 2. num. 8.



Maiores 4. d. 35. quest. 2. col. 1. casu 2. Supplementum Gabriel. ibi. q. vnica, art. 2. ad finem. Nicol. de Orbellis ibi. q. vnica, ad finem. Balliolis. 4. dist. 3. q. 4. q. vnica, art. 2. versu. tertio d. co. Nicolaus de Nijssa super 4. sententiarum, tra. 8. 6. p. 3. de matrim. q. 6. c. 6. clu. 4. D. Antonius, 3. p. tit. 1. c. 5. in 1. crimine. Sotus. 4. d. 3. q. vnica, art. 4. col. antepen. Ledesma. 2. p. 4. q. 62. art. 2. propositione 3. Palacios. 4. d. 35. disput. vnica, col. 12. versu. at veru. si alia, fol. 790. Guillelmus Borrillong. ibi. q. vnica, art. 2. post 3. conclusionem, dubio 1. & 2. Viguierus lib. Institutionum, cap. 16. §. 7. versu. 9. in fine. Veracruz 1. par. Speculi, art. 33. conclus. 1. Bellarminus lib. 1. de matrim. c. 22. in fin. Toledo lib. 7. summa. c. 6. nu. 2. Enriquez lib. 1. 2. de matrim. cap. 14. nu. 2. Valentia. 4. p. disput. 10. q. 5. puncto 3. vbi de impedimento criminis. Emmanuel Sa summa. verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus. nu. 7. Petrus de Ledesma de matrim. q. 60. art. 2. col. penultima. Vinaldus candelabro Sacramen. 1. p. vbi de matrim. nu. 2. 12. conclus. 2. Philiacus de officio Sacerd. tomo 1. par. 2. lib. 2. c. 5. impedimento 4. Bartholomæus à Ledesma dubio 58. de matrim. conclus. 5. Ludauicus Lopez. 2. par. instructorij, vbi de matrim. c. 54. col. 3. Beia in sua summa, casu 5. Vega 2. tomo summ. c. 34. casu 74. notabili 2. Manuel 1. tomo summ. 2. editione. c. 229. nu. 5. Et ex Iurisperitis, Glos. cap. super hoc verb. machinata, de eo, qui duxit, & c. si quis viuente. verb. occidisse. 31. quest. 1. Calderin. cap. super hoc, de eo, qui duxit, & ibi Hostien. nu. vnico, ad medium, & summa, eodem tit. ad fin. versu. quid ergo, Enricus. cap. fin. num. 6. eodem tit. Albericus in suo dictionario, litera A. verb. adulter. versu. nasci de adulterio, & litera I. verb. impedimentum. 8. versu. crimina veru. Attenis 2. p. summa, lib. 8. tit. 20. ar. 2. statim in principio. Monaldus summa, tractatu de matrim. vbi de impedimento criminis, col. 2. Rainerius. 2. p. summa. tit. de matrim. cap. 14. Ioannes de Triburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 9. quest. 2. Supplementum Pisanæ. verb. impedimentum, impedimento 8. nu. 3. & ibi Rosella impedimento 2. nu. 5. Tabiena impedimento 7. nu. 2. quest. 1. Angelus. verb. matrimonium. 3. impedimento 9. nu. 6. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 9. dict. 2. Brunellus de Sponsalibus, concl. 34. num. 5. Turreer. cap. si quis viuente. nu. 4. 3. q. 1. & cap. interfectores, art. 2. nu. 5. 33. q. 2. Nauar. summa. c. 22. nu.

46. Et lib. 4. conf. in vtraq. editione. tit. de eo, qui duxit, toto consil. 1. Lex regia final. tit. 2. part. 4. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum. tit. 12. num. 76. Matiezo lib. 5. Recopil. tit. 1. rubrica, glossa 1. n. 177. Gaeta repetitione. cad. limina. 30. q. 1. §. 4. q. 160. & q. 162. nu. 411. & 414. Vgol. de Sacram. vbi de matrim. c. 19. num. 9.

Satis tamen est, si alter ex mortem coniugis machinantibus intendat matrimonium inire. Quia tunc concurret mortis machinatio, & cum effectu, ac animo contrahendi, & nullibi decernitur vtriusque intentionem desiderari. Idq. constabit amplius ex dicendis num. 18. Doctores enim, quos ibi referam, tenentur hoc dicere.

Hinc deducitur, non esse impedimentum dirimens, si cõfugatus dicat adultera; Nisi matrimonio ligatus essem, te ducerem: & post occidat vxorem, non datus sine matrimonij cum adultera contrahendi. Quia ea verba non continent futuri matrimonij promissionem: nec machinatio illa absq; sine matrimonij impedimento dirimens præstat. Sic Calderinus. c. super hoc, de eo, qui duxit, & ibi Iacobus de Zochis, quos refert, Alexander de Neuo ibi. nu. 5. Idem tenet Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 9. fine. Quamuis præpos. d. cap. super hoc, in fine: & ibi Alexander de Neuo, num. 5. sentiant esse impedimentum dirimens: ed quod credunt ad hoc impedimentum non esse necessariam prædictam intentionem. Et hoc dicit Angelus. verb. matrimonium. 3. impedimento 9. fine, tenendum esse ante initium matrimonium, secus eo inito: quia oppositam sententiam, nimirum, non esse impedimentum dirimens ait esse iure veriore. Cui absque scrupulo aliquo, ante, & post contractum matrimonium ad hærendu. censeo, ob prædictam rationem.

Secundo deducitur, nec esse impedimento huic locum, si coniux, & cum ipso adulterans, interficiant communi consilio alterum coniugem, non vt matrimonio inter se copulentur, sed vt liberius libidini vacent, vel ne ob adulterium ab ipso coniuge interfecto occidantur, vel ob alium finem. Quia illi machinationi deest finis matrimonij ineundi, quem desiderari nu. 13. probauimus. Et ita docent Emmanuel Sa summa. verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus, numero 7. Manuel. 1. tomo summæ. 2. editione. cap. 229. num. 5. Vega 2. tomo summæ. cap. 34. casu 120.

Tertio

17 Tertio deducitur, quid dicendum sit, si vir mortem vxoris machinetur, animo ducendi adulteram, nec mors sequatur, at postmodum adultera vxorem illam casu enecet, nec communi consilio, nec animo nubendi coniugi superstiti, sed alio fine ducta? Antonius cap. 1. num. 2. de cõuers. censet hoc esse impedimentum dirimens. At id non approbo. Quippe machinatio viri in vxoris mortem, quæ sine inuendi matrimonij vestiebatur, caruit effectu, in quo euentu nullam præstat impedimentum. (vt diximus num. 7.) Et occisio illius vxoris facta ab adultera, quæ impedire futurum matrimonium debebat, caruit sine matrimonij contrahendi cum cõiuge superflite.

18 Quarto deducitur, quid sentiendum sit, quando vir vxorem perimit, animo ducendi feminam incertam, aut vnâ ex pluribus Veracruz. 1. p. Speculi, art. 33. conclusione 7. & 8. Matiezo lib. 5. Recopilat. tit. 1. rubrica, glossa 1. nu. 180. Et Vega 2. tomo summæ cap. 24. casu 74. notabili vltimo, dicunt non esse impedimentum dirimens, quando animus fuit ducendi non certam, & determinatam feminam, sed incertam: secus si animus esset ducendi hæc, vel alteram, aut vnâ ex pluribus: dummodo omnes illæ sint expresse intentæ: tunc enim esset impedimentum dirimens cum quauis earum. Et bene quidem sentiunt, intelligendo eos cum hac limitatione, nempe, quando cum omnibus illis expresse intentis præcessit adulterium. Quod alias cum solus vir machinatus sit in mortem vxoris, non erit impedimentum iuxta dicta. n. 9. Quare si interfecit vxorem, animo ducendi feminam indeterminate, poterit postea ducere quamcuq; etiam eam cum qua vxore superflite adulteratus est. Quia intentio matrimonij determinati ad hoc impedimentum incurrendu. petita desuit: similiter poterit adulteram illam ducere, quando animus habuit aliquam aliam determinatam, vel vnâ ex pluribus determinatis ducendi, præter adulteram: imò & tunc poterit quamuis ex illis ducere. Quoniam cum omnibus alijs non fuit adulterium requisitum ad hoc impedimentum: & cum adultera non fuit animus contrahendi, qui simul cum adulterio desideratur. At si in mente sua expresserit adulteram, siue solam, siue inter alias, respectu solius adulteræ est impedimentum dirimens. Quia respectu illius reperitur adul-

terium cum animo contrahendi matrimonij cum illa.

19 Monuerim tamen circa intentionem requisitam in eundi matrimonij ad hoc impedimentum, præsumi eam in foro externo, quando quispiam coniugem perimit, & cõ alio coniuge, cum quo adulterium præcesserat, inire matrimonium vult: vel coniux superflites, qui coniugem peremit, vult cum adulteranti matrimonio copulari. Et ita reputari in foro externo impedimentum dirimens: quamuis tale non sit in foro conscientie, quando ea intentio veru. non adfuit. Ita Sotus 4. dist. 37. q. vnica, art. 4. columna antepenultima. Beia in sua summa, casu 5. Manuel. 1. tomo summæ. 2. editione. cap. 229. num. 5. Vega. 2. tomo summæ. cap. 34. casu 74. notabili 2. Quare nisi ex magnis coniecturis probaretur opposita intentio, non est concessurus iudex ecclesiasticus, qui fori externi præsumptione stare debet, dum oppositum non probatur, licentiam talis matrimonij ineundi.

20 Vltima conditio necessaria ad hoc impedimentum incurrendum est, vt matrimonium prius sit verum, si enim sit irritum, quamuis bona fide existimatum legitimum, interfectio illius coniugis, cum adulterio cum alio coniuge, non erit impedimentum dirimens. Quia textus num. 9. allegati, impedimentum hoc statuetes, petunt coniugis occisionem, & adulterium, quæ ambo veru. deficiunt, vbi veritas matrimonij desideratur. Et ita docent Enricus. cap. final. num. 1. de eo, qui duxit. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum. tit. 12. nu. 84. Veracruz. 1. p. Speculi, art. 33. conclusione 6. fine. Palacios 4. dist. 35. disput. vnica, columna 24. versu. obseruandum secundo, fol. 791. Satis tamen esset, si matrimonium foret verum, quamuis non consummatum. Vt bene docent Antonius Cucus num. 85. & Palacios ibi. Et quamuis celebratum esset diuortium. Vt bene tradit Antonius Cucus num. 86. Quia in vtroque adfuit vera interfectio coniugis, & adulterium. Quæ omnia in simili casu latius probabimus disput. sequenti.

21 Demum duo obseruanda sunt, prius est, deceptum esse Palacios. 4. dist. 35. disput. vnica, col. 22. versu. at vero, vbi ait impedimentum hoc reddere simpliciter quempiam inhabilem ad quodcuq; aliud matrimonium. Id enim longè à veritate abest.

qui



qui enim coniugem perimit, vt cum adulteranti matrimonium ineat, respectu solius adulterantis fit inhabilis: quare ad quodcumq; aliud matrimoniu validè migrare potest. (dixi validè, quia quando fit impedimentum impediens, non est presentis disputare, & satis discussi. tota disput. 16.) Quia textus hoc impedimentum dirimens decernentes, solum irritant matrimonium inter machinantes mortem, & adulteros. vt constat ex cap. 1. cap. super hoc, & cap. significasti, de eo, qui duxit, & cap. 1. de conuers. infidel. & cap. si quis viuent. 31. quæst. 1. Et ita docent D. Thom. 4. dist. 37. quæst. 2. art. 2. corpore. Et ibi D. Bonau. art. 2. quæst. 2. Durandus. quæst. 2. nu. 6. Ricardus art. 2. q. 2. Maioris. 4. d. 3. q. 2. paulo post principium. Kainerius. 2. part. summa. c. 14. Syluest. verb. matrimon. 8. quæst. 9. dist. 2. Petrus de Soto lectio. 9. de matrim. vbi de impedimento criminis, casu 2. Turrecremata. cap. interfectores, art. 2. num. 5. 33. quæst. 2. Antonius Cucus lib. 5. Institutionu maiorum. tit. 12. num. 78. Vigerius lib. Institution. cap. 16. §. 7. versu. 9. in fin. V. golius de Sacram. vbi de matrim. cap. 19. num. 9. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 14. num. 2.

Posterior obseruandum est, hoc impedimentum esse solo iure ecclesiastico inductum. Quare non incurrat illud infi-

deles, nisi speciali ipsorum lege statutum sit. De qua re nemo dubitat. Non enim natura repugnat eiusmodi matrimonium. Tandem vt summam complectamur conditiones, quas ad hoc impedimentum dirimens desiderari, tota hac disputatione diffusè diximus: eæ sunt quinque. Prima est, vt adfit machinatio mortis alterutrius coniugis, siue ab alterutro coniuge, siue ab adultero facta, effectu subsequuto: nimirum, vt reuera sequatur cõiugis illius interfectio machinata. Sufficit autem machinatio, vel consilium: non tamen ratiabicio eius interfectionis, etiam nomine alterius coniugis effectu. Secunda, vt machinatio sine vestiatur in eadẽ matrimonij inter cõiugem superstitem, & adulterum, vel simul mortis machinatorem. Tertia, vt adfit adulterium, quando solus alter ex contrahentibus, mortem coniugis machinatus est: vel si adulterium desit, vtque illius machinationis reus sit. Quarta, vt adulterium requisitum sit vtrique contrahenti notu. Vltima, vt matrimoniu prius fuerit verum, quamuis non cõsummatum fuerit, diuortium huc celebratum sit. Nec impedimentum hoc reddit machinatem inhabilem simpliciter ad quodcumq; aliud matrimonium: sed tantum respectu adulterantis, vel eius, qui simul in coniugis mortem machinatus est, ad inductum inter se matrimonium.

DISPVT. SEPTVAGESIMANONA.

An adulterium interuenientibus promissione futuri matrimonij, aut ipsius contractu de presenti cum adultera, dirimat subsequentes cum illa nuptias?

SVMMARIVM.

**A**dulterium cū promissione matrimonij, vel contractu ipsius de presenti, est impedimentum dirimens. num. 1.  
Non sufficit fides data, aut matrimonium sine adulterio, nec sufficit conatus, nec copula non consummata: nec fides matrimonij in eadẽ viuentis altero coniuge. num. 2.  
Satis est, siue adulterium præcedat, siue subsequatur fidei dationem, aut contractum matrimonij. num. 3.  
An satis sit, si fides detur adultero de matrimonio in eadẽ persona, quam quidam reuertius designabit? num. 4.

Fides data, aut contractus matrimonij, ac adulterium concurrere debent durante cõiugio: nec satis est, si alterutrum præcedat, aut illud subsequatur. num. 5.  
An satis sit, vt in diuersis coniugis intercedant? num. 6.  
Quid, si fides data remissa sit ante adulteriu, aut post illud remittatur? num. 7.  
Quid, si matrimonium illud sit clandestinum? num. 8.  
Quid, si promissio sit interna, nullo signo externo expressa? num. 9.  
Quid, si promissio sita sit & ore tenus? nu. 10.  
Quid, si promissio sit conditionalis? num. 11.

Quid,

Quid, si sit impossibilis, aut turpis conditio? num. 12.  
Quid, si contra substantiã matrimonij? nu. 13.  
Quid, si de presenti, aut præterito, vt sit virgo, vel virginitas obij? nu. 14.  
Quid, si adulter promittat coniugate, de cuius viri obitu dubitatur ob septem annorum absentiam, si ostenderit id licere, duca? tel. nu. 15.  
Quid, si ita promitteret, si non essem coniugatus ducerem te? nu. 16.  
Quid, si ita, si volero, ducam te, vel nisi aliud arbitratus fuero, vel mihi visum fuerit? num. 17.  
Quid de promissione his verbis concepta, non ducam aliam nisi te, vel præter te, vel alijs verbis æquiuocis? nu. 18.  
An desideretur promissio mutua matrimonij? Referitur quadam sententia: & explicatur qualiter distent inter se pollicitatio, & promissio. nu. 19.  
Referitur contraria sententia, nu. 20.  
Explicatur quando censetur promissio facta per modum contractus onerosi, ac respectus, & per modum gratiæ, & liberalis promissionis? nu. 21.  
Exigitur promissionem illam acceptari ab eo cui fit, nu. 22.  
Quid, si altero promittente, adultera sit respondente. Incolumen seruet Deus viru mo: vel dirigat quod diuini eius obsequio expedientius fuerit? nu. 23.  
Satis est promissio alterius sufficienter acceptata, nu. 24.  
An ad incurrendam impedimentum hoc sufficit altero promittente, alterius taciturnitas, ea que sit acceptatio, siue promissio fiat per modum promissionis liberalis, siue per modum contractus onerosi, & respectus? nu. 25.  
An si fiat per modum contractus onerosi, sat sit expressa alterius acceptatio, ea que sit virtute re promissionem. 26.  
Solutur argumenta, nu. 27.  
An sufficit simplex, ac uerba promissio? Referitur quadam sententia, nu. 28.  
Proponitur sententia Authoris: & explicatur, an fidei interpositio sit iuramento, numero 29.  
An necessarium sit, matrimonium prius esse validum, consummatum, nec dissolutu quoad habitationem? nu. 30.  
An exigatur vtique, adulterium nosse alterius coniugium: & quid, si vtique sit coniugatus, at vtiqueque alterius coniugium lateat? nu. 31.

An requiratur post scientiam prioris coniugij matrimonium de facto diru. & copulam haberi: an potius suspiciã matrimonij ante scientiam initum, habita post scientiã copula? nu. 32.  
Quid, si tempore copulæ iam illi à matrimonio resisteret? nu. 33.  
Quid, si fides præcessit scientiam, at copula eã sequuta est? nu. 34.  
Quid, si copula fuit ante scientiam: fides autem, aut contractus matrimonij post scientiam? nu. 35.  
Quid, si daretur, an quando fides data est, vel adulterium admissum, superflus eras alter coniux: vel an fides, vel adulterium interueniret? nu. 36.  
Quando censetur scientiam adesse coniugij in altero? nu. 37.  
An excuset quauis ignorantia: an sola probabilis? nu. 38.  
An quando initum est matrimonium à persona coniugata cum soluta ignara eius coniugij, vel vtique ignorante, liceat vtuis, soluti per mortem prioris coniugio, à posteriori? nu. 39.  
An sit peccatum promittere futurum matrimonium, post presentis dissolutionem, ac ea promissio valeat? nu. 40.  
An hoc impedimentum reddat personam simpliciter illegitimam ad quodcumque matrimonium? nu. 41.  
An solam sit de iure humano, nec contrahatur inter infideles? nu. 42.  
Quid, si alter sit infidelis, alter vero fidelis: vel alteram, vt contractus matrimonij, aut fides illius præcedat baptismum: alteram vero, vt adulterium, illam sequatur? nu. 43.  
Rediguntur in summam conditiones ad hoc impedimentum pertinet, nu. 44.

**E**gimus disputatione superiori de impedimento criminis adulterij cum machinatione mortis coniugis. Iam in presenti, de secundo, & tertio crimine differendum est: nimirum, quando quispiam fide data de matrimonio contrahendo, adulterium admittit, vel de facto cum eadem adultera matrimonium init, prioris coniuge superstiti. In vtroque enim euentu matrimonium inter illos dirimitur, vt constat ex cap. relatum. 31. quæst. 1. quod est desumptum ex concilio Triburiensi, & ex cap. 1. & cap. veniens, de eo qui duxit, & melius ex capite finali, eodem, titul. ibi.